

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Philosophia n
cum fonte primo

O uite philosophia dux! O uirtutis
indagatrix expultrixque uiciorum!

Tu inuentrix legum, tu magistra morum
et discipline fuisti.

Tullius ibidem (in libro de
uniuersalitate).

o vitae philosophia dux, o uirtutis
indagatrix expultrixque uitiorum!
quid non modo nos, sed omnino vita
hominum sine te esse potuisset? tu urbis
peperisti, tu dissipatos homines in
societatem vitae convocasti, tu eos inter
se primo domiciliis, deinde coniugiis,
tum litterarum et uocum communione
iunxisti,
tu inuentrix legum, tu magistra morum
et disciplinae fuisti;
ad te confugimus, a te opem petimus,
tibi nos, ut antea magna ex parte, sic
nunc penitus totosque tradimus.

Marcus Tullius Cicero, *Tusculanae
disputationes*, 5, 2, 5 (M. Pohlenz ed.,
p.406, ll.3-12).